

Non paruum uras mentes. in nomine xpi diuina spectacula tenuerunt. et sus-
penderunt uos. non solum ad appetenda quaedam. sed ad quaedam fugienda. Ista
sunt spectacula utilia salubria. etiam edificantia. non destruentia. Immo
et destruentia et edificantia. Destruentia recentes deos. Aedificantia fide
in uerū et eternū dñm. Etiam in crastinum diē. in uitam caritatis uram. Cras
illi habent ut audiui mus. mare in theatro. nos habeamus portū in xpō. Sed quō
perendino die. id est quarta sabbati. non possumus ad mensā cypriam conuenire.
quia festiuitas ē scōz martīrū. Crastinū ad ipsā mensam conueniam. **EXPLICIT.**

INCIPIT TRACTATUS. DE PSALMO LXXX. I.

Psalmus ipsi asaph. octogessimus primus. Psalmus huius titulus. sicut alius qui
similiter prenotantur. uel nomē eius hominis incidit a quo scriptus ē. uel
eius dē nomini interpretatio. ut ad sīnagogā quod ē asaph. ei intellegētia re-
feratur. Præsertim. quia hoc et primus eius uersus assignat. Sic enī coepit.
Ds stetit in sīnagoga deorum. Quos utiq; deos. absit ut intellegamus
deos gentium. siue idola. siue aliquam partē homines. caelestē terrestre
q; creaturam. Cum paulo post. hunc uersū idem iste psalmus asserat. Et
quos deos intellegi uelit. in quorū sīnagoga stetit. deos aperius exprimat.
ubi ait. Ego dixi. du esus. et filius altissimi omīs. Uos autē sicut homines moriemini.
et sicut unus de principibus cadetis. In horum ergo sīnagoga filiorum altissimi.
De quibus idem altissimus. per esaiam dicit. filios genui et exaltaui. ipsi autē spre-
uerunt me. Stetit dī in sīnagoga. populū isrl accipimus. quia et ipsorū
proprie sīnagoga dicitur solet. quamuis et ecclā dicta sit. Nostrā uero apti numquā
sīnagogam dixerunt. sed semper ecclā. Si uel discernendi causa. siue quod
inter congregationem unde sīnagoga et conuocationem unde ecclā nomen
accepit. distet aliquid. Quod scilicet congregari et pecora solent. atque ipse
proprie. quorū et greges proprie dicimus. Conuocari autē magis ē utentiū ratio-
ne. sic sunt homines. Unde ex persona ipsius asaph. in alio psalmo cantur. Quae
si pecus factus sū. apud te. et ego semper tecū. Quando utiq; quamuis uniuero dō.